

CAPUT VII

DE CONSTRUCTIONE VERBI TRANSITIVI

ARTICULUS I. ACCUSATIVUS POST VERBUM

310. Omne verbum transitivum post se complementum directum in accusandi casu postulat. (Cic. Att. 2. 20). Pompejus amat NOS CAROSQUE Habet.

N. B. Hujusmodi accusativus adhibetur, sive verbum sit deponens, sive defectivum, sive cujuscumque demum positionis, modo spectet ad verba transitiva: v. gr. Deum cole, imitare divos, amplectere virtutem, novi animi tui moderationem.

ARTICULUS II. GENITIVUS PRAETER ACCUSATIVUM [295-301, 314]

311. Moneo, admonero, commoneo et commonefacio praeter accusativum personae habent genitivum, qui mutari potest in ablativum cum praepositione de. (Cic. Att. 11. 16). Terentiam moneatis DE TESTAMENTO. (Quint. 1. 5). Grammaticos OFFICII SUI commonemus.

N. B. Moneo cum genitivo apud scriptores posterioris aetatis tantum reperitur. Nonnumquam praeter accusativum personae, habet communem accusativum pronomini id, illud etc. vel numeralis.

312. Verba accusandi, absolvendi, damnandi, praeter accusativum, genitivum admittunt significantem poenam aut crimen. (Cic. Coel. 7). Numquam enim tam Coelius amens fuisset, ut AMBITUS alterum accusaret. (Id. Rab. 4). Civem romanum CAPITIS condemnari coegit. (Ad Herenn. 2. 13). C. Coelius judex absolvit INJURIARUM eum.

Ideo dicimus: damnare, absolvere, condemnare capitis, pecuniae, pluris, minoris, tanti, quanti, dupli, quadrupli; voti damnari.

Genitivus criminis, cum his praesertim verbis accūso, argūo, postūlo, absolvo, damno, condemno, in ablativum cum praepositione de mutari potest. (Cic. Att. 1. 6). Non committam post

haec, ut me accusare DE EPISTOLARUM NEGLIGENTIA POSSIS. (Id. Q. Fr. 2. 16). Drusus erat DE PRAEVARICATIONE a tribunis aerariis absolutus. (Id. Phil. 2. 2). Cujus etiam familiares DE VI CONDEMNATI SUNT.

N. B. Hoc tamen nomen crimen ablativo sine praepositione effertur. (Cic. Fam. 2. 4). Condemnabo eodem ego te CRIMINE. Dicimus etiam capite, verberibus, exilio aliquem damnare, punire, plectere. (Ad. Herenn. 4. 24). Eum vos jurati CAPITE damnastis.

313. Absolvo (absolvere), libero (liberare), alligo (atar), adstringo (amarrear), obligo (obligare), obstringo (ligare), quemadmodum suapte natura ablativum petunt, (quia sunt verba liberandi), ita et ablativum significantem poenam crimine sine praepositione admittunt. (Liv. 1. 38). Ego me etsi PECCATO absolvo, SUPPLICIO non libero. (n. 321).

N. B. 1.º Multo semper habet ablativum; item damno et condemno, quum certae quantitati pecuniae vel terrarum junguntur: v. gr. damnari decem millibus, tertia parte agri.

N. B. 2.º In re judiciali fere numquam adhibemus accusativum criminis, accuso furtum alicujus; sed extra iudicium tum hac, tum aliis formis uti licebit. (Cic. Att. 9. 5). Venit ad me C. Fufius, scelus accusans POMPEII, LEVITATEM et STULTITIAM SENATUS. (Id. Att. 1. 43). DE LITTERARUM INTERMISSIONE sine causa abs te ACCUSOR. Excipe verba corripio, reprehendo, vitupero, culpo, castigo, punio, plecto, quae nomen delicti semper in accusativo exigunt.

EXERCITATIONES:

Verba judicialia.

- Absolvo (absolvere). { (Liv. 2. 8). Regni suspicione consulem absolvere. (Cic. Q. Fr. 2. 16). De praeveraricatione a tribunis absolutus. (Ad Herenn. 2. 43). Absolvit injuriam eum.
 - Arcēso (acuser). (Cic. Deiot. 50). Arcessere aliquem capitis. { (Cic. Coel. 7). Numquam ambitus alterum accusaret. (id. Rosc. Am. 32). De beneficiis accusabant. (id. Fam. 6. 4). Cujus tu desperationem accusare solitus es.
 - Appello (llamar á juicio). (Cic. Phil. 2. 39). Appellare aliquem de pecunia. { (Cic. Coel. 4). Arguere aliquem facinoris. (id. ibid. 7). Arguere quempiam aliquo crimine. (id. Rosc. Am. 29). De quibus verbo arguit.
 - Coargūo (convencer de). { (Cic. Verr. 6. 59). Coarguere aliquem avaritiae. (id. Fam. 3. 8). Nostram ipse perfidiam coarguit.
 - Condemno (condenar). { (Cic. de Orat. 1. 54). Condemnare aliquem capitis. (id. Prov. cons. 40). Gabinii litteras condemnasti. (Cic. Phil. 2. 4). Te inhumanitatis convinco. (id. Tusc. 1. 6). Convincere poetarum portenta.
 - Damno (condenar). { (Cic. Att. 7. 42). Damnare aliquem sceleris. (id. Cluen. 41). Damnare aliquem de pecuniis repetundis.
 - Insimūlo (acuser). (Cic. Tusc. 3. 27). Peccati se insimulant.
 - Libero (absolvere). { (Liv. 41. 49). Senatus non liberabit culpae regem. (Cic. Att. 13. 22). Liberare aliquem culpa.
- Praecipua verba non judicialia.
- Culpo (culpar). (Hor. ad Pis. 446). Versus culpabit duos.
 - Castigo (castigar). (Cic. de Orat. 1. 41). Castigare segnitiam hominum.
 - Incrēpo (reprender de). (Liv. 23. 47). Increpare ignaviam alicujus.

Noto (*notar de*). (Cic. Phil. 7. 9). Ignominia notandos censuerunt eos.
Multo (*castigar con*). (Cic. de Orat. 1. 43). Vitia hominum morte multantur.
Objurgo (*reprender de*). { (Cic. Q. Fr. 2). Objurgat caeterarum villarum insaniam.
 { (Cic. Att. 2. 4). Me de Pompeji familiaritate objurgas.
Plecto (*castigar*). (Cic. Amic. 26). Multis in rebus negligentia plectimur.
Reprehendo (*reprender*). (Cic. Planc. 35). Meum discessum reprehendere voluisti.

ARTICULUS II. DATIVUS PRAETER ACCUSATIVUM

314. [308]. Verba dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, antepoenendi, postponendi, ac multa composita ex verbis activis et praepositione *ad, in, ob, prae, sub*, praeter accusativum dativum exigunt. (Cic. Plane. 43). SALUTEM TIBI *iidem dare possunt, qui MIHI reddiderunt*. (Ter. Eun. 5. 2. 885). *Ego ME tuae commendo et committo FIDEI*. (Cic. Phil. 10. 4). *Graecia tendit DEXTERAM ITALIAE, suumque EI PRAESIDIUM pollicetur*. (id. Att. 10. 6). *Meas COGITATIONES omnes explicavi TIBI superioribus litteris*. (id. Att. 3. 5). *Inimici mei MEA MIHI, non ME ipsum ademerunt*.

[310]. Dicimus etiam; *facio tibi fidem* (me crees); *facio tibi injuriam* (te hago injuria); *geram tibi morem* (te complaceré); *minor vel minitor tibi mortem* (te amenazo con la muerte); *ago tibi maximas gratias* (te doy las más expresivas gracias); *impéro, suadeo, persuadeo tibi aliquid* (te mando, te persuado alguna cosa). (Cic. Att. 13. 38). *TU QUOD ipse TIBI suaseris, IDEM MIHI persuasum putato*. (id. Phil. 6). *Dicitur MORTEM FRATRI esse minitatus*.

N. B. 1.^o *Jubeo*, quum imperare significat, accusativum personae non habet, sed rei. (Cic. Leg. 1. 6). *Lex est ratio summa insita in natura, quae jubet EA quae facienda sunt, prohibetque contraria*. Quum significat *statuere, creare*, habet etiam accusativum personae. (Cic. Phil. 2. 32). *Quum Caesar ostendisset, se DOLABELLAM CONSULEM esse jussurum*, (i. e. creaturum). Cum dativo personae non passim usurpandum. Frequentius vero, quum imperare significat, infinitivo jungitur (n. 380. 7.^o).

N. B. 2.^o Plurima composita ex *ad, in, sub*, quum aperte locum significant, amant praepositionem repetitam. Hujus generis sunt multa ex his quae infra numerantur, atque omnia fere quae in catalogo non continentur (Cf. n. 334. N. B. 2.^o).

315. Verba dandi.

Commōdo (*prestar á*). (Ad Herenn. 4. 54). Commodare alicui aedes.
Concēdo (*conceder*). (Cic. Prov. cons. 48). Inimicitias meas reipublicae concessi.
Dedo (*entregar*). (Cic. de Orat. 1. 40). Eum paterpatratus Numantinis dedit.
Exhibeo (*mostrar á*). (Cic. Sext. 50). Pompejus se supplicem populo exhibuit.
Fenēro (*prestar con interés*). (Ter. Adelp. 2. 2. 9). Metuisti ne non tibi istud feneraret.
Porrigo (*alargar*). (Cic. de Orat. 1. 4). Praesidium clientibus porrigere.
Praebeo (*dar, ofrecer*). (Liv. 5. 4). Operam reipublicae praebere.

Suppedīto (*sumministrar á*). (Cic. Rab. 11). Aqua suppeditabatur templis.
Tribuo (*atribuir, dar*). (Cic. Off. 1. 5). Suum cuique tribuere.
 Reddendi.
Defēro (*ofrecer, dar á*). (Cic. Flacc. 6). Omnem ei suam auctoritatem detulit.
Reddo (*devolver á*). (Cic. Ros. Am. 47). Suum cuique honorem redditum gaudeo.
Refēro (*restituir*). (Cic. Att. 16. 3). Referes ei salutem plurimam.
Rependo (*devolver en peso igual*). (Cic. de Orat. 2. 67). Rependere alicui aurum.
Restituo (*restituir*). (Cic. Rosc. Am. 2. 2). Restitue nobis prudentiam.
 Committendi.
Commendo (*recomendar*). (Cic. Fam. 2. 6). Commendo tibi causam.
Committo (*entregar*). (Cic. Att. 10. 2). Fortunae committenda omnia.
Credo (*confiar á*). (Cic. Fam. 4. 7). Credere se victori.
Mando (*encargar*). (Cic. Att. 1. 5). Quae tibi mandavi velim cures.
Trado (*entregar*). (Cic. Dom. 2). Gentes alicui ad diripiendum tradere.
 Promittendi.
Promitto (*prometer á*). (Cic. Fam. 3. 8). Ea quae tibi promitto observabo.
Polliceor (*prometer*). (Cic. Fam. 6. 5). Polliceor ei studium meum.
Spondeo (*prometer*). (Cic. Phil. 5. 44). Legionibus honores spondidisti.
 Declarandi.
Declāro (*declarar*). (Cic. Fam. 5. 43). Hoc tibi declarandum arbitrator.
Demonstro (*demonstrar*). (Cic. Att. 1. 1). Demonstravi haec Caecilio.
Explāno (*explanar*). (Ter. Phorm. 2. 3. 33). Explana mihi.
Explicō (*explicar*). (Cic. ad Brut. 2. 7). Mihi non erat explicatum quid agerem.
Narro (*contar*). (Cic. Fam. 9. 6). Ego tibi ea narro.
Ostendo (*mostrar*). (Cic. Som. Scip. 4). Hic mihi Africanus se ostendit.
Prodo (*legar*). (Cic. Som. Scip. 7). Laudes alicujus posteris prodere.
Significo (*dar á entender*). (Cic. Verr. 5. 91). Hoc mihi significare visus est.
 Antepoenendi.
Antefēro (*anteponer*). (Cic. Agr. 2. 3). Qui me antetuleritis nobilitati.
Antepōno (*anteponer*). (Cic. de Orat. 1. 21). Academiae tuum gymnasium antepenam.
Posthabeo (*posponer*). (Ter. Phorm. 5. 7. 45). Omnes posthabui mihi res.
Praefēro (*preferir á*). (Cic. Brut. 26). Quum ille Quintum Scaevolam sibi praetulisset.
Praepōno (*anteponer*). (Cic. Phil. 9. 7). Salutem reipublicae vitae suae praeposuit.
 Verba activa composita ex praepositionibus.
Addico (*entregar*). (Cic. Planc. 39). Senatus cui me semper addixi.
Addo (*añadir*). { (Cic. Off. 1. 42). Adde his saltatores.
 { (Cic. Fam. 15. 20). Ad amorem meum aliquantum addidisti.
Adjicio (*añadir*). { (Cic. Off. 1. 32). Adjicere ad bellicam laudem ingenii gloriam.
 { (Liv. 28. 9). Adjicere auctoritatem alicui rei.
Adhibeo { (*proporcionar*). { (Cic. de Orat. 3. 15). Oratio lumen adhibere rebus debet.
 { (*emplear*). . . . { (Cic. Brut. 88). Adhibere aliquem ad causas.
Adjudico (*adjudicar*). (Cic. Phil. 10. 6). An Bruto legiones populi romani adjudicaret.
Adjungo (*añadir á*). { (Cic. Fam. 1. 8). Me ad ejus rationes adjungo.
 { (Cic. Off. 1. 79). Accessionem aedibus adjunxi.
Admisceo (*mezclar*). { (Cic. de Orat. 2. 49). Huic generi orationis illud admisceat.
 { (id. Phil. 12. 7). Ad id consilium admisceat?
Admoveo (*aplicar*). { (Cic. Sext. 5). Admovere stimulos alicui.
 { (Cic. Tusc. 3. 18). Admovere fasciculum ad nares.
Afferō (*llevar á*). { (Cic. Att. 6. 8). Baltonius miros terrores ad me attulit.
 { (Cic. Att. 10. 4). Afferre consolationem alicui.
Applico (*aplicar*). { (Cic. Amic. 14). Applicare se ad virtutem.
 { (Cic. Inv. 2. 13). Applicare se alicui in itinere.
Appōno (*poner junto á*). { (Cic. Pis. 30). Apponere notam ad malum versum.
 { (Cic. Div. in Verr. 16). Custodem Tullio me apponite.

- Importo** (*importar*). { (Caes. B. C. 3. 40). Commeatus importare in oppidum.
(Cic. Off. 3. 45). Si quid importetur nobis incommodi, propulsemus.
- Incutio** { (*infundir*). (Cic. Univ. 40). Incutere alicui terrorem.
(*arrojar*). (Liv. 5. 44). Incutere scipionem in caput.
- Infēro** (*llevar*). { (Cic. Dom. 39). Inferre religionem in meam domum.
(id. Cat. 3. 9). Inferre tectis ignes.
- Infigo** (*clavar*). (Cic. Tusc. 4. 22). Gladium infigere hosti in pectus.
- Injicio** (*meter*). { (Cic. Cat. 3. 3). Injicere tumultum civitati.
(id. Dom. 24). Injicere se in medios hostes.
- Injungo** (*imponer*). (Caes. B. G. 7. 77). Civitatibus aeternam injungere servitutem.
- Insēro** (*introducir*). (Cic. de Or. 2. 39). Omnia mansa inserere pueris in os.
- Inūro** (*marcar con hierro candente*). (Cic. Phil. 14. 45). Inurere acerbissimum alicui dolorem.
- Objicio** (*exponer*). (Cic. Vat. 9). Objicere consulem morti.
- Offēro** (*presentar*). (Cic. Rosc. Am. 43). Offerre mortem parenti.
- Offundo** (*derramar al rededor*). (Cic. Acad. 1. 2). Piscibus aqua offunditur.
- Oppōno** (*oponer*). (Caes. B. G. 3. 30). Venientibus se opponere.
- Praeclūdo** (*cerrar*). (Cic. Pis. 17). Praecludere alicui curiam.
- Praecipio** (*preceptuar*). (Cic. Mur. 2). E portu solventibus praecipere tempestatum rationem.
- Praescribo** (*prescribir*). (Cic. Sen. 9). Praescribere jura civibus.
- Praeficio** (*poner al frente*). (Caes. B. G. 3. 44). Adolescentem classi praeficit.
- Subdūco** (*quitar á*). (Cic. Tusc. 2. 17). Subduc cibum athletae.
- Subjicio** (*sujetar á*). { (Cic. Fin. 2. 4). Huic verbo duas res subjiciunt.
(Ad Herenn. 2. 34). Nos sub eorum potestatem subjiciemus.
- Subjungo** { (*sojuzgar*). { (Cic. Verr. 3. 24). Urbes sub imperium populi romani subjunxit.
(*subordinar*). { (Cic. Orat. 27). Translationi haec subjunxit.
- Submitto** (*humillar á*). (Cic. Planc. 40). Tribubus submissi me.
- Subscribo** (*escribir debajo de*). (Cic. Cluent. 36). Subscribere status aliquid.
- Subtrāho** (*sustraer*). (Cic. Dom. 5). Ut materiem subtraheremus furori.
- Suppōno** (*poner debajo de*). (Cic. N. D. 2. 48). Anatum ova gallinis supponimus.

§ II. GEMINUS DATIVUS [312]

316. Verbis *do, duco, mitto, relinquo, tribuo, verto* geminus dativus, alter personae, rei alter, apponitur. (Cic. Planc. 36). *Quod C. METELLO LAUDI datum est.* (Lo que en C. Metelo se alabó). (Ter. Adolph. 1. 2. 106). *TIBI ID LAUDI duces.* (Te alabarás de esto). (Caes. B. G. 4. 18). *Equitatum AUXILIO CAESARI MISERANT.* (Habían enviado la caballería á auxiliar á César). (Cic. Fam. 2. 16). *Quod illi tribuebatur IGNAVIAE.* (Porque á él se le imputaba á cobardía). (Caes. B. G. 7. 4. 9). *Eum CASTRIS PRAESIDIO reliquit.* (Dejóle para defensa de los campamentos).

§ III. DATIVUS VEL ACCUSATIVUS [310]

317. *Scribo et mitto* praeter accusativum etiam dativum habent vel accusativum cum praepositione *ad*. (Cic. Fam. 7. 40). *NIHIL MIHI scripsisti de tuis rebus.*

N. B. Si dativus accusativo jungitur, *dare litteras alicui*, est *dar una carta á alguien para que la lleve á su destino. Dare litteras ad aliquem*, significat *escribir á alguno.*

§ IV. DATIVUS VEL ABLATIVUS

318. [321]. *Aspergo, dono, impertio vel impertior, augeo, levo, induo, circumdo, intercludo* vel cum dativo personae et accusativo rei, vel cum accusativo personae et ablativo rei construuntur.

- Aspergo** (*rociar*). { (Cic. Vatin. 47). Clarissimo viro labeculam aspergis.
(Cic. N. D. 3. 36). Aram sanguine aspergeret.
- Impertio** (*comunicar*). { (Cic. Att. 2. 12). Terentia impertit tibi salutem.
(Ter. Eun. 2. 3. 270). Salute Parmenonem impertit Gnato.
- Augeo** (*augmentar*). { (Cic. Off. 4. 4). Alter te scientia augere potest.
(Cic. Att. 11. 22). Auxerunt litterae tuae mihi dolorem.
- Levo** (*aliviar*). { (Cic. Fam. 3. 12). Leva me hoc onere.
(Cic. Tusc. 2. 24). His levabat metum nobilitas mortis.
- Indūo** (*vestir*). { (Caes. B. G. 7. 73). Se induebant acutissimis vallis.
(Cic. Fin. 2. 22). Sibi torquem induit.
- Circumdo** (*rodear*). { (Caes. B. G. 8. 34). Oppido munitiones circumdare.
(Cic. Fam. 45. 4). Pindenissum vallo et fossa circumdedi.
- Interclūdo** (*cerrar el paso*). { (Plaut. Mil. 2. 2. 69). Intercludito inimicis commeatum.
(Caes. B. G. 3. 23). Intercludere nostros commeatibus.
- [287]. N. B. *Interdico* (prohibir) praeter dativum personae, habet accusativum vel ablativum. (Liv. 34. 7). *FEMINIS dumtaxat purpurae usum interdicens.* (Caes. B. G. 4. 46). *Omni GALLIA ROMANIS interdicisset.*

ARTICULUS III. ACCUSATIVUS PRAETER ACCUSATIVUM [313, 314]

319. *Doceo cum compositis interrōgo, celo, flagito, posco, reposco, oro, rogo, exōro et obsēro* accusativum personae et rei simul admittunt. (Cic. Fam. 7. 24). *Silii CAUSAM TE docui.* (id. Dom. 6). *ME FRUMENTUM flagitabant.* (id. Fam. 2. 16). *Non TE celavi SERMONEM.* (id. Q. Fr. 2. 1). *ME primum SENTENTIAM rogavit.*

N. B. [318]. *Oro, exoro, rogo, obsecro, obtestor* post accusativum personae fere subjunctivum postulant intercedente *ut*. (Vid. n. 388. 2.º).

320. *Doceo, interrogo, celo* accusativum rei mutant in ablativum cum *de*; caetera pro accusativo personae admittunt ablativum cum *a* vel *ab*. (Cic. Verr. 2. 4. 51). *Uti DE ejus INJURIIS judicem docerent.* (Para que in-formasen al juez de sus injurias). (id. Verr. 2. 2. 47). *Si HOC A ME muneris non universa provincia poposcisset.*

N. B. 1.º *Interrogo et rogo* fere hos tantum admittunt accusativos rei, *sententiam, testimonium* (pedir el parecer), vel accusativos pronominum in genere neutro. (Vid. n. 340). (Cic. Fam. 43. 1). *Nunc a te ILLUD primum rogabo.*

N. B. 2.º Quum *celo* passive usurpatur, nonnumquam non persona (Cf. n. 330), sed res celata in nominativo ponitur. (Nep. Alcib. 5). Id *Alcibiadi diutius celari non potuit*; pro id vel de eo *ALBICIADES diutius celari non potuit*. Quo modo loquitur Cicero (Fam. 5. 2). *Te maximis DE REBUS a fratre esse celatum*.

ARTICULUS IV. ABLATIVUS PRAETER ACCUSATIVUM

§ I. ABLATIVUS SINE PRAEPOSITIONE [315, 316]

321. Verba *vestiendi, cingendi, ornandi, implendi, onerandi, liberandi, privandi, commutandi* et his contraria, ablativum sine praepositione praeter accusativum sibi adsciscunt. (Cic. N. D. 2. 57). *OCULOS natura MEMBRANIS tenuissimis vestivit et sepsit*. (id. Phil. 2. 38). *Omnibus EUM CONTUMELIIS onerasti*. (Cf. n. 313).

N. B. *Solvo* huc pertinet quum significat *librar*; quum autem significat *pagar*, praeter accusativum significantem praetium, ablativum rei postulat cum praepositione *pro*, et dativum personae cui praetium solvitur. (Cic. Verr. 2. 3. 72). *Per multis CIVITATIBUS PRO FRUMENTO NIHIL solvit omnino*.

322. EXERCITATIONES:

Verba vestiendi et contraria.

- Amicio** (*envolver*). (Cic. de Or. 3. 32). Pallio amictus.
- Cingo** (*rodear con, de*). (Cic. N. D. 3. 40). Urbem religione cingitis.
- Consterno** (*cubrir por encima*). (Cic. Sext. 39). Consternere forum corporibus civium.
- Munio** (*defender con*). (Cic. Sen. 45). Spica munitur vallo aristarum.
- Nudo** (*desnudar*). (Cic. Dom. 4). Magistratus praesidio nudare.
- Orno** (*adornar*). (Virg. Aen. 42. 344). Ornare aliquem armis.
- Sepio** (*cercar de*). (Cic. Fam. 15. 4). Sepire oppidum castris.
- Spolio** (*despojar de*). (Cic. Verr. 6. 47). Apollonium argento spoliasti.
- Sterno** (*cubrir con, de*). (Hor. Od. 3. 47. 9). Sternere foliis nemus.
- Tego** (*cubrir con, de*). (Cic. Div. 2. 69). Tegere corpus pallio.
- Vestio** (*vestir con, de*). (Cic. N. D. 2. 57). Natura oculos membranis vestivit.

Verba implendi et contraria.

- Compleo** (*llenar de*). (Cic. Som. Scip. 4). Sol cuncta sua luce complet.
- Cumulo** (*llenar de*). (Cic. Fam. 9. 14). Cumulari maximo gaudio.
- Expleo** (*rellenar de*). (Cic. Univ. 3). Explere bonis omnibus mundum.
- Impleo** (*llenar de*). (Virg. Aen. 4. 733). Implevitque mero pateram.
- Locuplêto** (*enriquecer de*). (Cic. Inv. 2. 4). Locupletare templum egregiis picturis.
- Refercio** (*llenar de*). (Cic. N. D. 4. 43). Libros puerilibus fabulis refercire.
- Repleo** (*rellenar*). (Caes. B. G. 7. 56). Repleto his rebus exercitu.
- Satio** (*saciar*). (Ov. Mêt. 4. 788). Satiantur odoribus ignes.
- Saturo** (*saturar*). (Cic. Phil. 2. 24). Saturavit se sanguine civium.

Verba privandi et alia.

- Abdico** (*abdicar*). (Cic. Att. 4. 6). Tutela me abdicare cogito.
- Afficio** (*afectar, dar, causar*). (Cic. N. D. 4. 15). Res sordidas Deorum honore afficere.
- Commuto** (*cambiar, con, por*). (Cic. Sext. 46). Commutare gloriam cum caritate patriae.
- Evertio** (*desposeer de*). (Cic. Verr. 3. 51). Evertere pupillum fortunis.
- Fraudo** (*defraudar de*). (Liv. 2. 42). Fraudare milites praeda.
- Muto** (*cambiar con, por*). (Virg. Ecl. 4. 43). Aries mutabit vellera luto.
- Orbo** (*privar de*). (Cic. Pis. 24). Orbabas Italiam juventute.

Verba liberandi et contraria.

- Expedio** (*librar de*). (Cic. Att. 2. 25). Expedies nos omni molestia.
- Impedio** (*impedir*). (Tac. 1. 39). Impedire aliquem fuga.
- Implico** (*enredar en*). (Cic. Dom. 40). Nisi religionibus te implicuisses.
- Irretio** (*enredar en*). (Cic. Tusc. 5. 21). Se irretierat erratis.
- Obliggo** (*obligar con*). (Cic. Off. 1. 41). Obligare aliquem sacramento.
- Obstringo** (*obligar con*). (Caes. B. G. 4. 31). Obstringere civitatem jurejurando.
- Solvo** (*librar de*). (Cic. Caecin. 34). Ut religione civitas solvatur.

323. *Afficio* et *prosequor* saepe significationem assumunt ablativorum quibus apponuntur: sic (Cic. Mil. 28). *Afficere aliquem LAETITIA*, (Alegrarle); (id. ib. 29) *HONORIBUS*, (Concederle honores). (id. Verr. 4. 29). *Hominem VERBIS vehementioribus prosequitur*. (Se dirige al hombre con palabras harto duras). (id. Brut. 1). *Illius vero mortis opportunitatem BENEVOLENTIA potius quam MISERICORDIA prosequamur* (1).

324. [313]. Verba *erudiendi* ut *erudio, imbuo, informo, instituo*, etc. praeter accusativum personae, habent ablativum rei sine praepositione, interdum cum praepositione *de*, vel accusativum cum *ad*. (Cic. Fam. 4. 7). *LENTULUM nostrum quum caeteris ARTIBUS, tum in primis IMITATIONE tui fac erudias*. (id. Fam. 2. 12). *Obviae mihi velim sint litterae tuae, quae ME erudiant DE omni REPUBLICA*. (id. Arch. 3). *Artes quibus AETAS puerilis AD HUMANITATEM informari solet*.

N. B. *Erudio* cum gemino accusativo tantum apud poetas reperitur. (Stat. Theb. 40. 506). *Quae TE LEGES erudit*.

(4) Quando latinae loquutionis conformatio valde diversa est a vernacula, difficulter ac violenter discitur a tironibus. Proinde industrii praeceptoris erit, non statim ad elegantem et nativam interpretationem vernaculam discipulum trajicere; sed, sicuti magistris auctorem praelegendibus praeceptum est in Ratione Studiorum, eum primum continebit in alia, quae latinam sentiam referat ad verbum, licet minus propria sit, linguamque vernaculam ad normam latinae loquutionis quasi detorqueat; ut eo modo facilis et plana latina constructio menti discipulorum reddatur.

Exemplis rem illustrabo.

AFFICIO TRISTITIA, Estoy triste; PROSEQUOR TE MISERICORDIA, Tengo compasi3n de ti; alienissima sunt, nec a discipulo hispano statim percipientur: quia nec **AFFICIO** estoy, nec **PROSEQUOR** tengo sonare videntur. Si vero praemittis hanc interpretationem: *estoy afectado con tristeza, te acompaño con misericordia*, vis latinae loquutionis apparebit; mutare autem has sententias hispanas in alias *estoy triste, tengo compasi3n de ti*, nullius erit negotii.

Item illa n. 333 **SUNT NOBIS MITIA POMA**, si statim interpretaris, *Tenemos manzanas maduras*, nemo unum facile perspiciet constructionem, perspectamque retinebit. At si viam quasi praemunias hoc modo: *Son para nosotros manzanas maduras, existen para nosotros*, rem multo faciliorem comparabis; tunc vero sponte perget discipulus hispanus ad hujusmodi phrasim: *tenemos manzanas maduras*.

§ II. ABLATIVUS CUM PRAEPOSITIONE [317, 320]

325. Verba *petendi, auferendi, emendi, removendi, abstinendi, accipiendi*, praeter accusativum admittunt ablativum cum praepositione *a* vel *ab*. (Cic. Tusc. 5. 2). A TE OPEM *petimus*. (id. Off. 1. 20). A NEGOTIIS *publicis se removerint*. (id. de Orat. 2. 29). Quo *facilius a te id exigam, quod peto, nihil a me postulanti recusabo*. (id. Tusc. 1. 31). *Secernere a corpore ANIMUM*

326. Multa verba hujus ordinis, maxime autem composita ex praepositione *ex*, verba *intelligendi*, et *audio, disco* (aprender), *quaero* (preguntar), *haurio* (sacar), *ex* vel *de* loco praepositionis *a* vel *ab* facile admittunt. (Cic. Fam. 2. 11). *Ea certissima putabo, quae ex te cognovero*. (id. de Or. 2. 6). *Saepe ex socero meo audivi*. (id. Fam. 14. 1). *Ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus*. (id. Off. 1. 41). *Magna saepe intelligemus ex parvis*. (id. Divin. 2. 36). *Solebat ex me Dejotarus percunctari nostri augurii disciplinam*. (id. Flac. 20). *Fundum Romae mercatus est de pupillo*.

N. B. *Eripio, aufero* (quitar), *surrupio* (quitar occultamente) et alia verba saepissime loco ablativi dativum habent. (Cic. Fam. 1. 5). *Vereor ne eripiatur nobis causa regia*. (id. Caecil. 5). *Id mihi tu eripuisti atque abstulisti* [321].

327. EXEMPLA:

Verba *petendi*.

Contendo (*pedir con instancia*). (Cic. Fam. 2. 6). *Verecundius a te contenderem*.

Efflagito (*pedir con instancia*). (Cic. Verr. 3. 1). *Auxilium ab alienis efflagitatis*.

Exigo (*exigir*). (Cic. De Or. 2. 128). *A te exigam quod peto*.

Flagito (*pedir con instancia*). (Cic. Verr. 7. 127). *Abs te filium flagitat*.

Peto (*pedir*). (Cic. Q. Fr. 2. 15). *Tribunatum a Caesare petivi*.

Posco (*demandar*). (Cic. Verr. 4. 47). *Poscere munus ab aliquo*.

Quaero (*preguntar*). (Cic. Pis. 9). *Quaerebat de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio*.

Repeto (*exigir*). (Cic. Fin. 1. 20). *Fabulas ab ultima antiquitate repetere*.

Reposco (*demandar*). (Cic. Verr. 5. 4). *Reposcere rationem vitae ab altero*.

Verba *auferendi*.

Abalieno (*enajenar*). (Cic. Phil. 2. 38). *Voluntatem a me abalienabat oratio*.

Abduco (*apartar*). (Cic. N. D. 2. 45). *A consuetudine aciem mentis abducere*.

Abripio (*arrebatar*). (Cic. Verr. 7. 30). *Abripere aliquem a parentis similitudine*.

Abstrahō (*apartar*). (Cic. Fam. 10. 48). *Milites a Lepido abstraxisset*.

Aufero (*quitar*). (Cic. Dom. 9). *Provincias non abstulit a senatu*.

Avello (*arrancar*). (Cic. Dom. 145). *Dolorem avulsus a meis sustinerem*.

Avoco (*separar*). (Cic. Sen. 15). *Senectus avocata rebus gerendis*.

Verba *emendi*.

Conduco (*alquilar*). (Cic. Verr. 5. 59). *Arationes conductas habebat a publicanis*.

Emo (*comprar*). (Cic. Att. 10. 5). *Emit de Canulejo diversorium*.

Mercor (*comprar*). (Cic. Verr. 4. 122). *Ab isto senatorium ordinem mercatus est*.

Mutuo (*pedir prestado*). (Cic. Q. Fr. 3. 6). *Quidquam ab alio mutuari*.

Verba *removendi*.

Amoveo (*apartar*). (Cic. Rab. 12). *Virgas a corpore amovit*.

Arceo (*alejtar*). (Cic. Cat. 1. 33). *Hunc a moenibus arcebis*.

Averto (*apartar*). (Cic. Att. 9. 42). *Avertit me ab amore*.

Deterreo (*apartar*). (Cic. de Or. 1. 117). *Adolescentes a dicendi studio detertere*.

Pello (*arrojar*). (Cic. Fin. 4. 43). *Moestitiam ex animis pellere*.

Prohibeo (*alejtar*). (Cic. Verr. 6. 4). *Prohibere praedones ab urbe*.

Repello (*rechazar*). (Cic. Fin. 4. 3). *Dolorem a se repellere*.

Verba *abstinendi*.

Abstineo (*abstenerse*). (Cic. Verr. 5. 4). *A vitis se absteineant*.

Cohibeo (*refrenar*). (Cic. N. D. 1. 4). *Cohibere assensionem a rebus incertis*.

Contineo (*contener*). (Cic. Fin. 2. 62). *Contineo me ab exemplis*.

Refrēno (*refrenar*). (Cic. Phil. 2. 4). *Antonium a reditu refrenavit*.

Verba *accipiendi et intelligendi*.

Accipio (*recibir*). (Cic. Fam. 1. 6). *Quae gerantur accipies ex Pollione*.

Agnosco (*conocer*). (Cic. Tusc. 1. 29). *Deum agnoscere ex operibus ejus*.

Audio (*oir*). (Cic. Orat. 3). *Saepe hoc audivi de patre meo*.

Capio (*tomar*). (Ter. Eun. 4. 5. 25). *Capere aliquid commodi ex aliquo*.

Cognosco (*conocer*). (Cic. Fam. 4. 5). *Caetera cognosces ex aliis*.

Conjicio (*conjeturar*). (Cic. Brut. 14). *Conjicere aliquid ex oraculo*.

Disco (*aprender*). (Virg. Aen. 12. 345). *Disce virtutem ex me*.

Intelligo (*entender*). (Cic. Off. 1. 44). *Magna intelligemus ex parvis*.

Scio (*saber*). (Cic. Att. 1. 42). *Id de Postumia sciri potest*.

§ III. ABLATIVUS CUM PRAEPOSITIONE VEL SINE PRAEPOSITIONE [316, 319]

328. *Pello* (arrojar), *libero* (librar), *prohibeo* (prohibir), *abstineo* (apartar), et alia, praepositionem *a* vel *ab* assumunt vel omittunt, si ablativo jungantur rei, si vero personae, praepositionem assumunt. (Cic. Mil. 27). *Hunc pellere possessionibus conatus est*. (Ter. Eun. 2. 1. 9). *Aemulum ab ea pellito*. (Cic. Att. 4. 5). *Operas aditu prohibuerunt*. (Liv. 8. 24). *Romano bello fortuna (eum) abstinuit*. (La fortuna no le permiti6 luchar con los Romanos). (Cic. Acad. 1. 2). *A quibus ne tu quidem jam te abstinebis*.

N. B. *Abstineo* ablativum eodem modo servat, sive quum passive usurpatur impersonaliter, sive cum ponitur active sine accusativo intransitivorum more. (Liv. 5. 21). *Ut ab inermi abstineatur*. (Que no se toque a la gente desarmada). (Suet. Tib. 72). *Nec abstinuit consuetudine*. (Ni abandon6 la costumbre).

CAPUT VIII

DE CONSTRUCTIONE VERBI PASSIVI [322]

329. Verbum passivum postulat post se ablativum cum praepositione *a* vel *ab*, qui ex nominativo verbi activi fit; ante se vero nominativum, qui fit ex accusativo. (Cic. Fam. 3. 19).